



**Tabvlæ Navfragii, Sev Echo Concionvm Aliqvot, Qvæ  
Blattarvm Inclementiam euasêre, de Festis ac Dominicis**

Tertia Navfragii Tabvla: Sev Echo Concionvm Aliqvot, Qvæ Blattarvm  
inclementiam euasere, de Festis

**Bosquier, Philippe**

**Coloniae, 1615**

Sanctitatis Omnigenae Fama Apvd Svos Clarissimo viro, Iohanni Gvarino  
Sorano-Castrio, Heroinae San. Pianae, Renæ, Filio lustrico, totîus porculati.  
onis Soræ Castriæ Principi, id est, Oppidi sui ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56152)



SANCTITATIS OMNIGE-  
NAE FAMA APVD SVOS CLA-  
rissimo viro,

IOHANNI GVA-  
RINO SORANO-CASTRIO,  
HERGINAE SAN-PIANAE, RE-  
LIGIOSISSIMAE QVONDAM FOEMI-  
nae, Filio lustrico, totius porculati-  
onis Sorae Castriae Principi, id  
est, Oppidi sui Subulco,

Fr. Philippus Bosquierus Caesari-montanus,  
Franciscanus, Salutem,

**H**anc tertiam Naufragij tabu-  
lam tibi (mi Guarine, homo  
hominibus chare sed Deo &  
Angelus eius, à vita innocen-  
tia, charior) unam è multis illis (quarum a-  
liqua iam Deibeneficio emertere; reliqua  
fortè quoque Deo dante, sensim omnes, aut  
pleraque multa emergent) hic nunc emer-  
gentem, libens ac meritissimo dedico; tu,  
quæso, eâ charitate, quâ tibi deditur, collige,  
& subduc in tutam stationem. Nã, mu-  
nere

## Epistola

*nere Superum sanè singulari, hætenus in tanto licet classis mea literaria Naufragio, nondum sum coactus dicere cum Nearcho Aeneæ Palinuro.*

aVirg. 5.  
Æneid.

— a superat quoniam fortuna, sequamur,

Quoque vocat, vertamus iter.

bHorat.  
li. 1. epp.  
ep. 1.

*Neq. cum principe Lyricorum poeta: Quò me cunque rapit tempestas, deferor hospes: sed semper portus delati intramus amicos, & naufragi nostri libelli cum delectu tandem læti notæ aduertuntur arenæ: et si neque ego, neque illi unquam tam inurbani sumus aut superbi, ut ullum portum intremus, nisi supplices, & illas naufragorum Aeneadarum preces ad Didonem, nascētis tum Carthaginis Reginam perquam demisse usurpantes:*

dVirg. 2.  
Æneid.

— d Huc pauci veitris ad nauimus oris,

Quassatam ventis liceat subducere classem.

*Subibit autem, scio statim te (mi Guarine) Lectoresq. meos uniuersos (qui te tamen Subulcum Soranum norint hoc tantum) ingens admiratio dedicationis huius, maxime cum hætenus ferè Magnatibus, Regibus, Episcopis, adeoq. Pontifici ipsi summo PAVLO V. Denique semper magnis*  
vel

## Dedicatoria.

vel potentiâ, vel scientia viris, mea dicare ( ac satis inuidiosè quidem ) sim solitus. Vnde enim tanta illa mutatio ( inquietis? ) Cur, vt sic dicam, à bobus ad asinos? Cur sic præposita nunc ima summis? Ecce, à Regibus sacrorum murorumq̃, Bosquierus, ad subulcum vnum Soranum, eumq̃ latinæ I. lingua, ac fortè literaturæ quoq̃, omnis omnino expertem delabitur. An forsità multa aut literæ, aut noctes studendo vigilatæ, hominem ad insariam subito redegerunt? An ea, quæ omnia fert ætas, animū quo eVirgil. que senescenti huic scriptori abstulit, aut II, forsitan nescio quæ Cruces? An homo Montibus, id est ( vt vulgò dicitur ) in sapientiæ III, domicilio natus, sapere iam tandem desit. An qui ex Cesarimontano se esse, Cumanū IV, sape, & ex urbano suburbanum & rusticū iocatus est, quasi ineptiarum quarundā & errorū populariū pudens, cōtagiumq̃, declinans in Cumanas istas ineptias merito, vl. fVide E- ciscente numine, illapsus est? Nam certè ras/m.

Cuma quædam Æolica, cum Lesbosibi adiacente, stoliditatis notatur à veteribus. Sed & illa Cuma Sicula quoque, vnde & vulgatum olim fuit tota Asia prouerbiū; Cum eos ferò sapere. Inciderit fortasse bonus vir in Scyllam cupiens vitare Charybdin? Nam ferè

Epistola

g<sup>Horat.</sup>

g Stulti dum vitāt vitia, in contraria  
currunt.

v.

hVide  
Guichiar-  
dinum in  
sua Han-  
nonia de-  
scriptione,  
pag. 450.

I.

An Soræ-Castris, pago illo Hannonia am-  
plissimo, urbibus multis inuidendo, ut arce  
munitissima ac valde antiqua insignito, non  
erat honoratior quisquam, cui tabula ista  
tertia consecraretur? Dicā (mi Guarine.)  
Nec literæ multæ, quæ scio in me quàm sint  
exiguæ, ad insaniam me adhuc (laus Deo)  
redegerè. Nam et si literas quidem amo &  
de amo, nō tamē perditè. Sed & primo quo-  
dam ac singulari Dei beneficio, caput mihi  
penè ferreum contigit, & tam patiens labo-  
ris dicam? an amoris, illius literarij, ut pro-  
pè nunquàm lectione aut scriptione mihi  
ægriat, aut doleat, potius vel ieiunio nimio,  
vel festiniore epulo doliturū. Nec ætas meā  
adhuc tam est decrepita, ut per illam credi  
debeam repuerascere; quin potius ea mihi  
nunc ætas, quæ iudicium auctum, vegetum  
ac confirmatum hominibus accidat. Sene-

iD. Hiero.  
ep. ad Ne-  
potianum

Ætus eorum (ait D. Hieronym.) qui adole-  
scētiā suā honestis artibus instru-  
xerunt, & in lege Domini meditati sūt  
die ac nocte, ætate fit doctior, vsu triti-  
or, processu temporis sapientior . . . .  
Grandes natu cygneum nescio quid,  
& solito dulcius, vicinā morte, ceci-  
nerunt. Sed nec etiā ego tā mollis effæ-

mina-

## Dedicatoria.

minatusq̄, aut à natura comparatus sum,  
aut à perpetuo philosophandi studio forma-  
tus, ut aduersis tam facile succumbam, qui  
iàm tot annos eiusmodi ludis assuetus, to-  
tus occallui atq̄ obdurui, & vitulo iam pri-  
dem quotidie gerendo exercitatus, facile  
bouem iam factum sustineo. Potius ego vir-  
gatores vapulando & fortiter ferendo, quã  
me ipsi verberando, de lassauerint. Defece-  
rint potius Decij flammis suis, quã animis  
iste Laurentius: adeo ut iam pridem, apud  
iuniorem quemq̄ illud Aeneas ad filiũ su-  
um ceperim usurpare:

<sup>k</sup>Disce, puer, virtutẽ ex me, verum- <sup>k</sup>Virgil.  
que laborem, <sup>Æneid.</sup>

Fortunam ex alijs.

Deinde: Non est Cæsarea mea, & Mõ-  
tes Hannoniæ. vrbs illa tam potens & ampla,  
<sup>l</sup> à Carolo Magno metropolitano munere <sup>IV.</sup>  
& tot priuilegys donata, propugnaculis & <sup>l</sup>Guichi-  
naturâ loci munitissima, & in ea gens tam <sup>ardinus</sup>  
humana, utriq̄ Palladi & togatæ & arma- <sup>ubi sup.</sup>  
tæ aptissima; domi, ingenio, Atticis; foris,  
belli artibus Romanis comparanda; stricto  
ensi par audaciâ; prudentiâ verò tâta, ut sit  
prope nimia, vel Danielis equestris quondã  
turmæ Ducis nominatissimi iudicio; nõ est  
(inquam) mihi vrbs illa patria tam vilis,  
aut inepta, ut me unquam eius pudeat, aut

## Epistola

*Psal.* *ciuem in eam natum serio negem, et si me per iocum aliquando Cum eum vocem, & litera quaedam me a Cumis, in eius viciniâ ac penè suburbio, data legantur; ut vel irâ hominis cuiusquâ, vel numinis alicuius idcirco iure metuam ultionē. Nouit Deus figmētum nostrum, & ad iocos aliquos, & illam in rectis corde lætitiâ tempestiuâ facile dissimulat. Sed nec Caesar imōtanti ipsi, gens tam excellenter humana, & iocis non inassueta, iocos dextrâ meâ manu datos tã sinistrâ excipiunt, ut male velint, aut precentur suo ciui ludibundo aut iocabundo, cuius seria alterius soni ac sensus esse sciunt, hominis sc. sibi vel à teneris intus & incute notissimi.*

*m* Sunt delicta tamen quibus ignouisse velimus.

*m Horat.  
in Arte.  
V.*

*Prætereâ; erant quidem, non infitior, Soræ multi alij, qui multis nominibus dedicationem istam merebantur. Erat Heroïna illa nobilissima, ex Gente Coustiacorum inter Gallos tam nobili, ut infra Reges, supra Duces vulgari prouerbio reponatur, vidua Comitiss ipsius Sorani, hominis religiosissimi, & fide in Deum ac Principes suos in Belgio facile principis, & ipsa quoque religiosissima, & prudentissima. Erant bim eius liberi paruuli, forma super homines eleganti, in-*

Dedicatoria.

ti, ingenio & prudentia supra aetatem admirandi. Erat Marcus Marcinus, loci Scriba, homo sanè peracutus, studiorum olim meorum iuuenilium in Houdano Montensi, & alibi perquam diu socius, & nunc amicus veteranus. Erat ipse Soranus Curio, vir benè doctus, auditor, anno superiore toto Domini Auentu in suo templo meus, ingenue (quæ eius fuit humanitas) clam me professus, quantum tunc, nostra audiendo, profecerit. Nemo nõ istorum hoc quidquid erat honoris abundè merebatur. Sed tamè non temerè tu vnus (mi Guarine) homo illatinus licet illiteratus, & præterea Soranorum subulcus, id est, virorum apud tuos nouissimus, inter tam multos tuos huc à me delectus es, ac prælatus vniuersis. Eius ergò tam noui facti mei admiratoribus respondendas has à me habe rationes.

Primum ita volui, ut induantur cō- nPsal. 34.  
fusione & reuerentiâ, qui maligna loquuntur super me: Vt obstruantur ora loquentium iniqua, tam horum quam istorum, quicunque in messem Dei falcem suam temerè mittentes, audent in cor meum inquirere, & Deo abditissimis illis, neque tam auctori ipsi, quam Deo cognitis, humane mentis intentionibus, quasi rebus evidentissimis certissimisq; censere, ac certò  
\* s                    statue-



## Epistola

- I. Statuere, me hac aut illa mente & fini, ha-  
ctenus, his aut illis opera mea dedicasse: non-  
nulli in suspicionem ambitus me trahentes,  
& quasi varie affectata Celsitudinis, qui  
scilicet Episcopis, atque adeò Episcopo E-  
piscoporum PAVLO V. quadam iam de-  
dicarim, atq; adierim: qui Regibus, Gallie  
LVDOVICO XIII. Christianissimo, His-  
paniæ PHILIPPO III. Catholico, huius  
LVDOVICI Socero, Angliæ IACOBO VI.
- II. Fidei defensori, singulis scilicet mitridato-  
ribus, & promouendi mei potentibus: non-  
nulli notam auaritiæ inuidentes quasi præc-  
pue ut bene nūmatus euaderē ista fecerim,  
qualis à plerisq; habeor, homo tamē rerum  
omnium, præterquàm librorum, egentissi-  
mus, & uno verbo Franciscanus: nonnulli,
- III. præsidium & patrociniū libris meis nimis  
alium ac firmum quasisse somniantes, ut  
nos scriptorum vulgus fere in Dicatorijs  
nostris omnes profitemur. Facto ergò & o-  
pere ipso totam eam rem multiplicitem ab-  
soluere volui. Nam si verbis primū illud  
negauero, ut qui ab ambitu sim remotissi-  
mus tenuitatis scilicet meæ & certissime  
ad eam rem supellectilis probe conscius, &  
sic à patre meo pia memoria Nicolao Bos-  
quero, sene prudentissimo & publice san-  
ctissimo, iam à teneris, verbis exemplisq;  
sane

## Dedicatoria.

sane plurimis edoctus; ne q̄ nescius, sarcinas Ecclesiasticarum dignitatum esse etiā  
o angelicis humeris formidandas; & alijs o D. Bern.  
ipse iam amoribus anticipatus, Musarum quodam  
scilicet, Literarum, & sessionis cum Mag. ser de Af-  
dalena ad pedes Domini docentis, ubi tan cenf. Do-  
tā quotidie afficior voluptate, ut sessionē mini.  
illam discentis, cathedra etiam cum mitra  
docentis tam agre mutarim, quā olim  
aut oliua, aut ficus, aut vinea, quū à lignis  
ceteris vicissim omnes sunt rogatae ut in  
suum regem ungerentur. Responderunt e-  
nim illa sic, Oliua imprimis; p Iudic. 9. Nunquid  
possum deserere pinguedinem meam,  
qua & Dij vtuntur & homines, & ve-  
nire vt inter ligna promouear? Ficus  
deinde: Nūquid possū deserere dulce-  
dinem meā, fructusq; suauissimos, &  
ire vt inter cætera ligna promouear?  
At tādē vitis ipsa: Numquid possum  
deserere vinū meū, quod lætificat De-  
um & homines, & inter cætera ligna  
promoueri? Vt taceam, alterum Patrem  
meum D. Franciscum, illam Christiana hu-  
militatis ac paupertatis quintam essentiā,  
aliquādō itā dixisse: In prælatiōe casus, q D. Bo-  
in laude præcipitium, in humilitate nauet in  
subditi, animæ lucrum est; & Gregorio vita D.  
IX. aliquandō querēti, cum adhuc in mino- Francisci.  
ribus

## Epistola

ribus esset, Dominus tantum Hostiensis, & Ordinis Minorum Protector, an ei placeret, fratres suos ad Ecclesiasticas dignitates  
*xIbidem.* promoueri, respondisse stilo suo: Domine Minores ideò vocati suat fratres mei, vt maiores fieri non præsumāt. Si vultis, ait, vt fructum faciant in Ecclesia Dei; tenete illos, & conseruate in statu vocationis eorum, & ad Prælationes Ecclesiasticas nullatenus ascendere permittatis. *Vnde propius sim vel fastidium vel contemptum prælaturæ, quàm desiderium, & (vt Fabius ille Maximus quondam de se aiebat)* contemnendo potius quàm appetendo, gloriã, modum excesserim; adeò vt sæpe sæpius, à multis iam annis, ex me à multis auditum sit, nõ propè aliter me superius ascensurum, quàm si dormienti, neq; tamen de ijs somniant, dici continget, Ascende superius, ea autem omnia si verbis tantum speciose asseuerauero, imò &, *Dys ipsis obsidibus, ita esse sanctissime iuratus fuero; fortasse vix inueniam fidem, maxime apud eos, quibus forte fortuna fuerit lecta (vt fit) aut quo quomodo communicata hæc de me, ac pro me Belgà, in Belgium scripta Romæ epistola, de causis ac successu itineris mei Romani, præsertim ab homine tanto, Rmo. P.*

*Lini. l. 2.  
de secundo  
bello Punico.*

FRAN-

## Dedicatoria.

*Francisco Herrera, Curia Romanae Commissario Hispano, homine Theologiam viginquinque totos aut circiter annos professo, pro Theologulo, ad Praelatum quemdam meum his verbis:* <sup>t</sup> Admodum

R<sup>de</sup>. Pater, huc peruenit admodum

R<sup>du</sup>. Pater F. Philippus Boschierus insignis vestrae Prouinciæ Prædicator &

Lector, qui de rebus pertinentibus ad Catholicam fidem, cum Sanctissimo

per plures dies egit, habitusque est apud illum (vt ego possum testificari)

in honore & pretio, ipse tamen semper humilis non abiectus coram Sanctissimo permansit; cupidus tamen

suae Prouinciæ, & suæ cellæ, & desiderans profectum in religione suorum conciuum, & suæ Prouinciæ utilitatem, noluit in hâc Alma vrbe permanere, cum maximè & cum maxima commoditate posset (ad quam non solùm licentiâ, sed vocatus à Sanctissimo peruenit.) Mihi restat V. P. rogare, vt non solùm illum recipiat tanquàm Religiosum doctum Prædicatorē & Lectorem, sed tanquàm Lectorem honoratum, qui meretur non solū à Patribus nostræ Religionis, sed totius Ecclesiæ honorari. Possum ego certū

face-

face-

face-

face-

face-

face-

face-

face-

*t Apographum literarum*

*R. P. Francisci de*

*Herrera, datarum*

*Roma 22. Martij,*

*1607. ad R. P. F. I. L.*

## Epistola

facere V. P. quòd Domino Cardinali  
Protectori nostro erit gratissimum,  
ipsum à vobis honorari, &c. *Non in-  
uenient (inquam) fidem verba tantum. At  
cùm Subulco, non necessitate, sed volunta-  
te ac sponte meâ, dedicatum quoque librum  
hunc à me homines isti legent; Subulco, id  
est, homini rerum omnium egenissimo, il-  
literatissimo, vixquè inter homines, ab of-  
ficij porcationis publicæ vilitate, recensito;  
facillimè iùm credent (opinor) nil me  
tale Dicatorijs meis ambire, sed &  
virtute totum affectare, si quid affecto,  
non fautoribus, credere q̄,*

u Plau. in  
Amphitr.

u Sat habere fautorum semper, qui  
rectè facit,

Quam enim gratiam, aut prouectionem à  
Subulco speret quisquam? nisi fortè  
tibi casu aliquo contingat (mi Guarine) vt  
Tamerlani quondàm illi fortunatissimi  
gladij bellatori Tartaro, è subulco quoque  
aliquandò in Imperatorem longe maxi-  
mum euadere: (Nàm certe x nonnullus  
est, qui Tamerlanem illum, non pasto-  
rem ouium, sed Subulcum fuisse scri-  
bat:) ac tùm tandem mei meminisse, ac pro-  
mouere: aut, Principem Belgarum ite-  
rùm venando à suis forte desertum,  
in casam tuam scirpeã diuertere (vt quò-  
dam

x Textor  
in Off. sed  
certè còtra  
Becanum  
in vita  
Tamerla-  
nis gall.

## Dedicatoria.

dam Carolo V. Imp. Max. in Maurimal-  
lea Sylua ad Quercetum in Belgio, ferunt  
cōtigisse, qui & ea occasione, &, quod sius  
hospes ebrius, cū forte crepitum ventris  
coram Imp. adhuc ignoto irreuerentius e-  
didisset, ut se excusaret, festine fidenter q̄  
dixisset: DOMI SVAE QVEM LIBET  
ESSE REGEM; illud Iuuenalis expri-  
mens, vel nunquam audito nomine Iuue-  
nalis.

y Tu tibi liber homo , & Regis y Iuuen.  
conuiuia videris; domum, agellumq̄, per-  
petuò dum viueret, libere nullo sumptu illi  
habendum dederit, Regemq̄, domi suae fore  
pronunciarit bonus facetusq̄, Imperator,  
adeò ut ei casa nomen adhuc basilicæ, aut  
regiæ domus, vulgò apud nostrates reman-  
serit: ) ac sic tūc tu apud Principem mitra-  
rum potentem gratiosus effectus, & dedi-  
catoriæ huius nondūm oblitus, hospitij ho-  
noraryum bene pinguem infulam mihi a-  
mico tuo petieris. Aut, nisi forte alicui<sup>r</sup> Pto-  
lemeo A Egyptum peregrinanti, comiti-<sup>z Cic. 5.</sup>  
bus non consequentis, cibarium in casa sua<sup>Tusc.</sup>  
aut in agro, ex peratua extractum, panem,  
in media iam iam morienti dederis, qui sic ei  
sapiat, ut nihil vnquam sit illi esum, aut  
visum illo iucundius. Aut, nisi magnum a-  
liquem militiae Ducem victum aut fugi-  
entem

## Epistola

*a Plutar. entem seruaueris, ut villicus olim quidam*  
*to. 2. vit. a Marium iuniorem, quum eū in curru fa-*  
*in Mario. bis onerato abscondit, bobusq; curru iun-*  
*ctis, equiibus eius inquisitoribus obuiam*  
*ad urbem astute vexit: vel ut pastores qui-*  
*dam, qui, quum esurienti Mario seniori*  
*b Idē ibid. ac socijs quod darent, non haberent, ipsum*  
*Marium agnitum fugere quam primum*  
*iusserunt; etenim paulo ante ibidem equi-*  
*tes, qui ipsum indagarent, plurimos visos*  
*fuisse: aut, ut nautae qui ab equitibus eum*  
*insequentibus iussi vel Marium dare, vel*  
*mergere, responderunt; se Marium non*  
*prodituros: aut, ut senex quidam lacuum*  
*fossor qui eidem tugurium suum ingresso,*  
*& supplici, uti se hominem, qui si presen-*  
*tia periculum effugisset, longē omni spe am-*  
*pliores gratiam esset relaturus, seruaret,*  
*atq; adiuuaret, respondit, Si requiescere*  
*c Plutar. cuperet, casulam ei id prestituram: sin-*  
*ibid. alios fugiens erraret; quietiori in loco*  
*se eum abditurum, idq; perentem ad pa-*  
*ludes abduxit, inq; cauernam prope fluui-*  
*um subire iussit, atq; calamis de super & a-*  
*lia leui materia, quae illapsa nihil damni*  
*adferret, ingesta operuit, (vnde & illud a*  
*d Ouid li. Ouidij: In caeno Marius iacuit, canna-*  
*4. de Poto que palustri:) ut denique eidem quadam*  
*eleg. 3. Vi- Fannia, in cuius, velut ei merito infensissi-*  
*de & Val. ma,*  
*lib. 2.*

## Dedicatoria.

na, domum Minturnenses iam captū custodiendum tantisper tradiderant, diu de morte eius deliberaretur, quæ tamen offensarum eius tunc sponte oblita, cum quantum potuit, curauit atque confirmauit: ac tum demum tu apud seruatum illum militia principem me sic commēdaris, ut is rerum omninos ad me prouehendum inflectat. Sed ea quam longè obl. queq; peterentur! Nemo (opinor) iam hebeti ingenio Bosquierum sibi finxerit, ut tam longis afractuosissq; itineribus eam prædam sibi putet insectandam; potius, scire me compēdiosiores vias, & certiores. Itaq; nec dedicationibus meis omnibus hoc unum aut maximè ambire, quod quidam suspicantur, nec ad tempusculum Magnis hoc modo ancillari, ut tandē ipse regnem, aut imperitem.

Auaritia deinde quoq; notam hanc unā re detergo, ac probo, me non esse ex illis auguribus qui (ut ille loquitur) aures verbis diuitant alienas, suas ut auro e Actims. locuplerent domos, totamq; tollo opum vel iam libris edendis partarum, vel affectatarum suspicionem, qua tamen unde sit nata, miror sanè vehementer. Nam huc infelicitatis res mea euasere; ut cum sim rerum omnium egentissimus, præterquam librorum (ut iam aiebam) quorum optimo-



## Epistola

rum & selectissimorum nec ubiq; obuiorū,  
laus Deo, sum abundantissimus, omnibus  
scilicet seu eleemosynis bonorum, seu hono-  
rarijs Macenatum, seu iustis cuiuscunque  
opera mea pretijs in libros & Bibliothecā,  
quasi barathrum, cōgestis, defraudato etiā  
meo sepè genio, negatisq; corpusculo, sepè  
studiorum & scriptionū diurnarū noctur-  
narumq; labore importuno fatiscenti, ne-  
cessarijs, imò vel vno etiā amanuensi, tamē  
nōnullis falsò credor, ærarium nescio quod  
ignotū habere, maximè ab editis iam tot li-  
bris, & plerisq; ipsorum ad Reges Pōtiffesq;  
destinatis. Nisi fortassis, vel per sarcasmū  
& amarā ironiam, vel per iocum nō satis  
mihi intellectū, ita mecū agitur, ut olim  
cū Licinio quodā Crasso actitatum. Nam is  
cū omnia decoxisset, occurrentium tamē  
cachinnis vocabatur diues, his verbis: Qui  
in Parthos militauit, non fuit appel-  
latus diues primus, sed hic. Me ergò,  
qui si nūquā habui neq; admodum opta-  
ui diuitias, tamen honestè abundare potui,  
sed quidquid in arcam ab alio quouis condi-  
potuisset, ingrauescentisq; æui necessitati-  
bus seruari, malui in rem literariam, in Bi-  
bliothecam, in Typographiam, in lucernas  
& oleum oliuum effundere, quā coacer-  
uare, aut in vna consumere; etiā idcirco  
forte

## Dedicatoria.

fortè diuitem sic quidam vocant, iàm tandem deuexa etate inter libros egèrissimū, absumptis meis omnibus, sed non per decorationem, ut Licinius ille Crassus, at per libraria rei tantā illam cupiditatē. Vel, nisi de me ex Stoicorum opinione loquantur, quos Cicero affirmat dicere, <sup>fCic.7.</sup> omnes esse <sup>fam.16.</sup> diuites, qui cælo & terra frui possunt; aut etiā magnificentius, & solos sapiētes, esse, si mendicissimi sint, diuites. <sup>gIdē orat.</sup> Sed <sup>pro Mu-</sup> quis eo sensu de me eos loqui putet, qui alio-<sup>rana.</sup> qui tam parū sunt in me candidi? Nā nec ego quidē de me ipse itā sentio, uti nec debeo. Caterū, sentiant de me illi, ut libet, ingenuè tamen dicam, semper animo meo recurrere in cuius Legislatoris post Christum verba & regulam iurauerim, id est, Franciscanum me esse; itaq; conuenienter genio Legislatoris & Ordinis nostri proprio, semper à congerendis nummis fuisse alienissimum; in diem horamq; vixisse, parva labore, aut relicta, mox in literarium baratrum effudisse, etiā à prima iàm tūm etate, quod in me pueropater aliquandō totidem verbis carpsit, ac dixit; insano non dicam, sed fortè immoderato illo amore librorum, messem me meam aut segetem adhuc in herba comedere: me, si (quod absit) aliquando continget in pur-

Epistola

gatorum ignibus acrius cruciari, id non propter congestas opes, aut vestes, sed propter congestas chartas & libros fore: & tunc cum Paulino Nola Episcopo, iure oraturum: h Domine, ne excrucier propter aurum & argentum; ubi enim sint omnia mea, tu scis. Etenim quæres pecunia cupiditatem afferunt, ut amor, ut ambitioni, ut quotidianis sumptibus copia suppetant, qui procùl ab ijs omnibus rebus abest, cur magnopere pecuniam desideret, vel potius curet omnino? Nolle, me Christianum, & quidem sub D. Francisco, quinta illa Christianismi essentia, recotum, pati, ut palmam paupertatis aut contemptarum opum Ethnici philosophi mihi precipiant. An Scythes Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere; Franciscanus sub Christo non possit? Anacharsidis enim epistola fertur his verbis: Anacharsis Hannoni salutem. Mihi amictus est, Scythicum tegmen: calciamentum, solorum callum: cubile, terra: pulpamentum, fames: lacte, caseo, carne, vescor. Quare, ut ad quietum melicet venias. Munera autem ista, quibus es delectatus, vel ciuibus tuis, vel Diis immortalibus dona. Socrates in pompa, cum magna vis auri argentiq; ferretur, Quàm multa nõ desi-

h Bren.  
Rom. 22.  
Iunij.

i Cic. 5.  
Tusc.

## Dedicatoria.

dero! inquit. Xenocrates, cum Legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta adtulissent, quæ erant pecunia, Athenis præsertim, maxima: adduxit legatos ad cœnâ in Academiam, ijs adposuit tantum, quod satis esset, nullo apparatu. Cum postridie rogarent eum, cui numerari iuberet? Quid? vos hesternæ, inquit, cœnula non intellexistis, me pecunia non egere? quos cum tristiores vidisset, triginta minas accepit, ne aspernari Regis liberalitatē videretur. At verò Diogenes liberius, ut Cynicus, Alexandro rogatus ut diceret, si quid sibi opus esset, Nunc quidē paullulū, inquit, à Sole ab his offecerat sc. apricanti. Et hic quidē disputare solebat, quātō Regē Persarū vita fortunaq. superaret, sibi nihil deesse, illi nihil satis unquā fore. se eius voluptates non desiderare, quibus nunquā satiari ille posset: suaseū cōsequi nullo modo posse. Ne duos milites Romanos, Fabritios, Curiosq. cōmemorē. Et profectō nimis alta mēte repostâ hæserūt mihi illa<sup>k</sup> verba Tatthæi Apostoli, unius ex 70. ad Abgarū, Regē Edessena civitatis, cū illud, qd ei post cōcionē ab eo habitā, dari aurū argentūq. iusserat, respueret. Si nostra reliquim<sup>9</sup> (aiebat) quomodo accipiem<sup>9</sup> aliena? Fuerit pfectō ea plus q. Euripi incōstantia, pro Christo patrimonia

<sup>k</sup> Euseb.  
Casariēs.  
lib. 2. hist.  
Eccl. c. 15.  
in fine.

Epistola

reliquisse, & mōx ad illa aut similia suspi-  
rare, atq; inhiare. Caninū hoc sit planē, &  
quadam nimis fœda ad vomitum resor-  
bendum regressio, & suillus, ad volutabrū  
luti. post lotionem, reditus. Ergo, ut magis  
adpareat sinistris actionū atq; intentionū  
mearum interpretibus ac detortoribus, nō  
me dedicatorijs meis opes & honoraria pe-  
cuniaria maximē cōsecrari; hoc opusculū  
tibi homini rerum omnium egeno, & nil  
penē, præter sordidum pallium, peram, ac  
cornu non copia, sed cogendi gregis instru-  
mentum. possidenti, dedicatum quoq; vo-  
lui, nulla spe vllius honorarij. Nām quid  
det, qui nihil habet? Nemo dat alteri, quod  
non habet. Nisi fortassē dicar sperare, ut  
Iouem ac Mercurium aliquandō hospitio  
excipias, & hilariter, pro rerum tuarum  
tenuitate, tractes, apponens

Iouid. l. 8.  
Metam.

Sordida terga suis nigro pendentia  
tigno,

unde & grati hospites te quoq; ditent, ut  
quondā Philemonē ac Baucidem casā ipso-  
rum in tēplum augustū repētē cōuersa ( Nām

m Idē ibi.

m Illa vetus, Dominis etiā casā  
parua duobus,

Vertitur in templum: furcas subiē-  
re columnæ:

Stramina flauescunt, aurataq; tecta  
videntur: Cæ-

## Dedicatoria.

Cælataq; fores, adopertaque mar-  
more tellus: ac tum tandē ingressus quasi  
regnum tuum, & meliore fortuna viens,  
memineris mei, ac parte me regni tui, atq;  
opum nouarū aquā portione bees. Mortuo  
sc. parabis sorbitiunculam. nūquid mor-  
tuis facies mirabilia? Ergò dūm gratis, &  
(vt loquūtur) pro Deo, opusculū hoc tibi de-  
dico, non me præcipuè opes intentis oculis  
spectare, ac sperare, dedicandis meis operi-  
bus, factō ac re ipsa magis probo, quā multis  
verbis. Nō, nō (mi Guarine (non sum ego ex  
genere illo hominū, qui arguūtur, ne quidē n. Mala. i.  
sacrarum adiu ostia claudere gratuito.  
Parū ille Bosquierū nouit, qui auarū putet,  
qui tamen nullū nisi in cælis ararium cupit.

Iam de spe Patrociniy quid dicam? Itā  
quidem est. Ego, cateriq; ferè scriptores o-  
mnes patrociniy nomen ac spem cōmemora-  
mus, cum Magnatibus, & in alto positis ho-  
minibus nostra dedicamus. Sed tamē, mihi  
singula morosius, ac planè seridè, libranti,  
videtur, ea tam dici inaniter quā spera-  
ri. Idem Potentes & Mæcenates cu-  
rant scilicet, vt si liber illis dicatus, est fu-  
tilis, & verborum copiosus, rerum autem  
doctrinæq; solidæ vacuus, illi aduersus  
non tam calumniatores, quam iustos seue-  
rosque censores vllō modo patrocinentur.

\* \* 4

Ipsè,

## Epistola

*Ipse, ipse liber, non Macenas ullus suus esse sibi patronus debet. Ipsum ipsum sibi viam vi ad posteritatem facere oportet. Ipsam genio suo vivere, ac virtute sua, publicam fidem ac gratiam ambire oportet, non Macenatum favoribus. Virtute decet, non sanguine niti.*

o Plantus  
sup.

*Liber omnis o fat habet fautorum semper, si recte facit, aut dicit. Macenatis praesidium opemque frustra imploret inutilis & malus: nec, si Macenas ipse tuendum illum receperit, & tuendo sibi caput & ilia ruperit, effecerit, ut liber, parum viribus ipse suis firmus, ordinem dignitatemque suam tueatur.*

p Martia.  
li. 6. epig.

*p Victurus genium debet habere liber, ait ille.*

*Qui autem genium habet, Macenatis praesidio non eget. Ergo neutri neque boni, neque mali libri in Macenatibus, quolibet Magnis ac potentibus, ponunt spes suas omnes. Quod ego adolescentior, & in meo adhuc edendorum librorum tyrocinio, dicere ac respondere solebam amicis dolentibus, pleraque mea esse edita characteribus iam nimis tritis obtusisque, & chartis minus cadentibus, exiguisque pretij; nepe, libros meos seu Gallicos seu Latinos, aut probos esse, aut luce indignos. Itaque si probi essent, nihil viles*

## Dedicatōria.

viles chartas, nihil characteres vetu-  
stos illis nocituros; victuros etiā sic,  
& in sæcula transituros: futuros enim  
qui elegantioribus typis, & meliore  
charta recuderent (*quod Dei beneficio  
penè singulis operibus meis video contigif-  
se, quorum quedam etiā quartum recu-  
sa sunt, quedam Gallica etiā interpretes  
Latinos in Germaniam meruerunt, & sic lu-  
cem vident.*) Sin verò futiles illi mei li-  
bri, & luce indigni essent, tūm nimis  
benè, ac supra merita, vt vt pessimis &  
typis & chartis, editos esse: *Id nūc in ne-  
gotio quoq; Mæcenatum liceat vsurpare.*  
Quisquis Mæcenas libro adoptetur, e-  
um libro cuiunq; satis esse. *Librum e-  
nim, si bonus est, non egere neq; Regum, ne-  
que Pontificum illis, quæ iactantur, auspici-  
is: sua vi perrepturum, suo merito ubique  
receptum iri, ac gratum fore. Vno vendi-  
bili non est opus suspensa hedera. Suo  
se egregio vultu ille habituq; commenda-  
bit vniuersis.*

¶ Hic meret æra liber Solsijs, hic & ¶ Horat.  
de Arte.  
mare transit:

Et longum noto scriptori pro-  
rogat æuum. *Vel Subulcum illi  
patronum esse, nihil nocuerit.*

*Sin verò aliquis ex succus atq; ex sanguis est,*

\*\*\* s

¶



## Epistola

Et uno verbo nil aliud gestat, quā meras  
nugas blattis; illi certè velequiso, vel bubul-  
cus, imò Et subulcus Mæcenas, electus aut  
oblatus, supra meritū fuerit; Rex aut Mæ-  
cenas nihil tali profuerit. Hoc tamē maxi-  
mè cōferre libro videtur Mæcenas magn⁹,  
ut facile presumatur bonus, ac luce dignus  
videatur, qui ausus fuerit in conspectum  
manusquē eius viri venire, qui non nisi o-  
ptimis limatissimisquē dignus sit; nec cre-  
datur quisquam tam perficta frontis  
scriptor, qui nugas, hoc tantum, viro cui-  
quam magno dicare insigni impudentiā  
ausus sit. Ergò, ne mea Proceribus dedican-  
do, credar libris meis presidium maximè  
quasisse, quasi quē mendicasse, nunc tibi (mi  
Guarine) Soranorum tantum subulco, af-  
fectatè opusculam hoc dedicaui. Nam quid  
presidiy (saltem cuiusmodi Scriptores à  
Mæcenatibus nostris vulgò speramus) à su-  
bulco expectem, homine ordinis sine con-  
trouersia inter homines infimi, cuiusmodi  
homines non nisi per contemptum fere no-  
minantur, id quod cum venia quadam præfati-  
one, unde Et per summum contemptum di-  
citur Prodigus ille Euangelicus missus tã-  
dem in villam, ut pasceret porcos? quod  
tamen satis miror, cum porculationē nemo  
non ferè Et in urbibus, Et ruri priuatim  
ex-

## Dedicatoria.

exerceat; sed & porculenam opulentissimi  
quiq; mercatores pleriq; locis exercent,  
quæstumq; (cuius odor semper est bonus) sæ-  
pè ingentem inde faciunt. sed & omnium ci-  
borum suilla caro & porcina alat potentis-  
simè, cuius rei athletæ certissimum præbere  
iudicium scribit Galenus, nec modò ipsa  
porcinam multiformiter paratur ad hominis  
pastum, sed etiã delicias præstet ad lu-  
xum, & regijs cibis ad voluptatem magnũ  
usitatissimumq; sit condimentum, & quã  
pecude (ait Cicero) quòd erat ad vescen-  
dum hominibus apta, nihil genuit  
natura foecundius: & denique, cum Su-  
bulcatus & ipsa porculatio aliquandò Pon-  
tifices Maximos dederit, ut Sixtum illum  
V. Deus bone! quantum virum! ut fama  
est in nostro Ordine Minorũ, unde adsum-  
ptus est: & Sixtum primum quoq; casa pa-  
storalis: imò etiam Imperatores dederit, ut  
Iustinum illum, qui ante Iustinianum im-  
peravit, quem armentarium ferunt fuisse  
ac sues egisse: ut Tamerlanem quoq; illum  
tantum Imperatorem, quantum Christianis-  
mo optarim, ad res Vegetij mei libris de-  
signatas felicissimè perficiendas, id est, ad  
Turcam sic debellandum, ut ab eodem ad  
Stellã montem Baiazetes aliquandò est de-  
bellatus, & sic in vinculis & clathris habẽ-  
dum

r Galenus  
lib. 3.

r Cic. l. 2.  
de Nat.  
Deorum.

## Epistola

*1 Nu. 24.* dum Turcarū nunc Imperatorem, iugū & vincula Christianis omnibus minitantem, ut quondā habuit ac circumduxit idē ille ipsum Baiazetē.<sup>1</sup> Heu! quis victurus est, quandō ista faciet Deus! Beatus venter subulca licet, qui subulcum Turcis tam fatalem tulerit. Beati oculi, qui ea secula videbunt, & subulcum talem, tam immanis tyrannidis domitorem, tot Christianorum, sub tanta tyrānide, tā diū, tamq̄, desperatē gemētium, assertorem. Vtinā iam tā dirūperes cælos Deus, & pluuiam generādi potentem subulca illius utero instillares, ex qua desideratus cunctis gētibus verē Christianis eiusmodi subulcus, cuiusmodi Tamerlanes fuit, nasceretur, malleus interneccinus Turcarum futurus. Sed hæc aliās.

*2 Luc. 15.* Mihi certē iam non fætent nec sues, nec subulci, multò minùs eorū nomina, ut potē iam tot annos versato cū Christo ipso, inter porcos & subulcū illū<sup>2</sup> prodigum Euangelicū, multis sc. prolixisq̄, in eā parabolā voluminibus scriptis editisq̄, cuius opera adeò me non pœnitent, cū, vel Christo ipso teste, ille paulo antē peccatorū ac scelerosorum penē maximus, ad porculationē tamen & subulcatū redactus, mōx ibi sic pœnitere didicerit, ut patris oscula, & epulū genialissimum meruerit, fratriq̄, iustitiam suā ostentanti  
sit

## Dedicatoria.

fit praelatus, & me ac ceteros peccatores  
(subulcos profecto longè deteriores, imò lu-  
tulentos suos) vias vitæ, artesq; ritè pœni-  
tendi, docuerit. Quid ergò? Quandoquidē  
hunc librū tibi dedicando nec infulas apud  
te ambio, quū non sis neq; Mithridates, ne-  
que mitridator, sed nec mi aurū posco,  
nec mi pretium sis opera daturus. sed nec  
ullū scriptis meis à te quero presidium,

x Quod longum noto scriptori pro-  
roget æuum: an tamen nihil om-  
ninò hic vel specto, vel hinc expecto? A deo-  
ne ego stupidus, ut nulla omninò de causa,  
vel non satis graui te Subulcum, ac nouis-  
simum virorum Soranorū, in hoc negotio,  
tā multis illic alibiq; mihi paratis & in prò-  
ptu, pratulerim? Minimè gentium. Sed fe-  
ci in primis, ut sanctitatem tam publicam,  
in te homine illiterato, paupere ac subulco,  
homine nusquam magis, quam inter ani-  
mantia maximè bruta, omnium stupidissi-  
ma, spurcissimaq; versato repertam, hono-  
rarem; coætaneis nostris longius positus, ac  
posteris ipsis publicarem; & (si immortales  
quoque fortè erunt vigilia hæ nostræ, ut  
cetera pleraq; Deo dante) immortalitati  
consecrarem; & quocunq; ferretur, à quo-  
cumq; quamdiuq; legeretur hic liber, ibi,  
& tamdiu, id est,

x Horat.  
in arte.

1.

Sem-

## Epistola

y Virg. 4.  
Aeneid.

y Semper honos nomenque tuum,  
laudesque manerent: & quoties Lectores  
mei legeret, Subulcum Soranum sanctita-  
tis famam apud suos in vita adeptum, & hoc  
laudis, quantumcumque est, apud me meri-  
tum, admirarentur, & pudore sui illachry-  
marentur, & hoc D. Augustini dolenter re-

z D. Aug.  
tom. 1. l. 8.  
conf. c. 8.

cordarentur: & surgunt indocti, & coelum  
rapiunt: & nos cum doctrinis nostris  
sine corde, ecce ubi volutamur in car-  
ne & sanguine. Nam, ut à sanctitate ipse  
sim, proh dolor! remotissimus, tamen, Dei  
beneficio, eam, ubicumque reperio, etiam in  
hoste, etiam in subulco, in Epicteto, & vili  
quocumque mancipio, diligo atque exosculor,  
mihique carior multo est Scythes Anacharsis  
in trita lacerna sanctus, aut Epictetus in  
ergastulo & catenam Dominus vitierum ser-  
uus virtutum, quam in stola aurea, aut pur-  
puram vitiosus aliquis Sardanapalus, aut in  
throno sedens eburneo nescio quis Nero,  
servus penè tot vitiorum, quot dominus ho-  
minum. Tu (mi Guarine, Subulce Sorane)  
in cinereo tuo ac sordido pallio, hirsutis &  
incultis tuis comis, & raucum nescio quid  
cornu tuo recurvo suibus tuis stridens, sed  
à Curione tuo & civibus probis audiens,  
sanctus, vir bonus, vir simplex, acti-  
mens Deum; mihi plus places, quam ne-  
scio

## Dedicatoria.

scio quis pastor coronatus multorum popu-  
lorum quamlibet auratulus, comptulus, &  
venustulus, sed audiens, impius, versipellis,  
Deorum hominumq; contemptor.

<sup>a</sup> Cura Deum, Dij sint: & qui colu-  
re, colantur. Hoc primum.

<sup>a</sup> Ovi. l. 8.

Metam.

<sup>b</sup> Iac. 5.

Deinde, quoniam <sup>b</sup> multum apud Deum  
valet deprecatio iusti assidua: & D.

<sup>c</sup> Ambrosii sensu, Magnus Dominus ali-  
orum merito ignoscit alijs, & dum ali-

<sup>c</sup> D. Am-

brof. l. 5. in

Luc. 6. 5.

os probat, alijs relaxat errata.... & a-

apud illum seruus & interueniendi me-  
ritum, & ius habeat impetrandi; & ta-

pertinaciter mihi fortuna haecenus aduer-  
setur, totq; Haecenus amisso patior

naufragia clauo; adeo, ut, qui me fortu-  
nae pilam ludibriumq; vocet (uti Impera-

torem Pertinacem olim vocatum scribit

<sup>d</sup> Sextus Aurelius Victor, ) is non valde  
erret, ingenueq; praeme feram, quidquid

<sup>d</sup> Aurel.

Victor in

Pertinace.

patior, imò & his grauiora, mea coram Deo  
peccata meruisse, nec ipse precibus meis di-

uina audientia indignissimis, lasi numinis  
iram possim satis auertere, (<sup>e</sup> scimus enim

<sup>e</sup> Ioan. 9.

quia peccatores Deus non audit, ) id-  
circo tibi, o anima Deo charissima: tibi, o

sancta Trinitatis animule: tibi, o homo <sup>f</sup> i. Regg.

secundum cor Dei: tibi o Nathanael So-  
rane: o s; vere Israelita, in quo dolus non

<sup>g</sup> Ioan. 1.

est,

## Epistola

est, hanc tabellam libens volensq; dedico, ut digneris orator meus atq; intercessor apud Deum esse, ac opportunè importunè, dum magno otio pascētibus gregibus tuis in terra, tu mente totus in cælo versaris, flagella iusta ira in me Dei deprecari atq; amoliri, conariq; ut gratiam Dei, quam peccatis tot meis doleo perdidisse, rursus vel tandē inueniam. & per secundam communis Naufragij tabulam, pœnitudinem inquam iustam, post tot iactationes, vel tandem ad portum amicum, & littus salutis æterna aut deferar, aut eijciar. Impetra, quaeso, mihi, ut ille nimbosus Orion, qui sic nunc terras aquis & mare tempestatibus mihi iurbauit, vel tandem serenetur, quod nisi fit;

*In Virg. 5.  
Aeneid.*

—<sup>b</sup> non si mihi Iupiter auctor  
Spondeat, hoc sperem Italiam con-  
tingere cælo.

Impetra & hoc quoq; ut quàm fœliciter res mea prima Naufragij tabula, Deo benè afflante, emerferunt: sic, quotquot sunt reliqua adhuc dispersa, & nantes in gurgite vasto, cum cætera literaria supellectile, tutò tandem omnes in portum aut littus perferantur, ne vel tineas inertes, aut immania corpora cetos unquam pascāt, aut mercatoribus & falsamentarijs emporeticarū chartarum vice fungantur. Erunt ista mi-

## Dedicatoria.

hi honorarij amplissimi loco. Iste sunt mi-  
tra, quas apud te ambio. Hoc illud patrocini-  
um ac presidium omne est, quod hic spe-  
cto, à te q̄ expecto. Eueniet. Ergò tibi (mi  
Guarine) hanc tertiam Naufragij tabulam  
volens libens q̄ & meritissimo consecro, his  
de causis. Tu asylum tuum & portum Nau-  
frago aperi, & noli pati, ullas ex istis spes  
meas de te conceptas inanes esse. Interim  
apud te

i Quassatam ventis liceat subduce-  
re classem.

i Virg. 2.  
Æneid.

Benè vale. Datum Soræ Castris 1615. ipso  
Purificationis B. Mariæ semper Virginis,  
post ultimam Stationis Aduentualis com-  
munionem.

\*\*\*

FRA-